



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 66. Rex ab Aurelianensi Virgine Trecas delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. LXVI.

Sæcul. XV.
A. C. 1429.

Rex a Puella Trecas deductus.

Parta hac victoria Rex copias suas, quæ *Jean. Chart.*
indies augebantur, per Burgundiam *hist. de Charl.*
in Campaniam dicit, sacram unctionem *VII.*
Rhemis suscepturus. Adventanti Carolo
Regi Antisiodorenses cives clausis foribus
ingressum negant, comineatum tamen ei-
dem abunde suppeditant. Ast cum Gal-
li altero lapide ab urbe Tricassina abe-
sent, bellicisque tormentis destituti, ur-
bem valido munitam præsidio vi occupa-
re desperarent, Rex Senatum convocat,
in quo omnium sententia eo abibat, in Bi-
turicum Provinciam remeandum esse, po-
tissimum eo nomine, quod Rhemensis ci-
vitas adhucdum Anglorum imperio sub-
dita foret. Joanna ergo, comperto ho-
rum consilio, confestim in Senatum in-
troduci postulat, Regemque tot rationum
momentis, tamque gravi sermone aggre-
ditur, ut ipse puellæ arbitrio cedens, in
cunctis, quæ juberet, eidem obtempera-
ri præciperet, ad quod illa equo protinus
conscenso exercitum ad urbem Trecas ad-
movet, atque ad fallendum hostem ex in-
dustria obsidionem simulat; hocque ex
consilio aggeres, et si nulla belli tormenta
præsto adeissent, erigi jubet, ipsaque sem-
per armata cunctas stationes obiens, ope-
ra inspicit, mandata dispensat, ejus ver-
bis

Sæcul. XV. bis ex inferiori vallorum parte undique
 A. C. 1429. personantibus, quibus Tricassinae urbi Dei
 vindictam, Regisque iram tanta orationis
 efficacia comminabatur, ut cives ulro pa-
 cem efflagitarent, urbisque suæ portas
 aperirent.

§. LXVII.

Rex Rhemis sacro oleo undus.

Daniel Hist. Sub idem quoque tempus Rhemenses,
Franc. Ca- expulso Anglorum præsidio, urbis cla-
rol. VII. ves Regi offerunt, qui ibidem ab Archi-
 episcopo Raymundo de Carnuto septima
 Julii, quæ erat dies Dominica, ut putat
 Mezerajus, vel juxta Spondanum die de-
 cima septima ejusdem Mensis solemni ri-
 tu inungitur. Deerant quidem Franciæ
 Pares Ordinis Laicalis, sed horum absen-
 tiam supplebant Alensonius Dux, Clara-
 montanus Comes, Trimollius, Maillius, &
 Bomanorus. Aderat quoque Puella ar-
 mis induta, vexillum suum manu erectum
 tenens, in quam omnium oculi defixi hæ-
 rebant, eoquod sola Regem, dissentienti-
 bus cunctis aulæ Proceribus, Rhemos de-
 duxisset. Evidem hæc Caroli VII. un-
 itio Rhemensis ad legitimam Regni Gal-
 lici possessionem usque adeo necessaria
 non erat, quin in alio loco ad exemplum
 plurium Franciæ Regum peragi potuif-
 set, Rex tamen avitæ consuetudini, quæ
 apud populum suum vim legis obtinebat,
 morem